



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Ex sermone Rabani episco.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

sunt septem spiritus dei missi  
in omnem terram. Deo grās.

**A.** Beati estis sancti dei. **hym:**

**I**esu saluator seculi redē/  
ptis ope subueni et pia di

genitrix salutem posce miseris  
**O**etus omnes angelici patri/  
archarum cunei et propheta

rum merita nobis precentur  
veniam. **B**aptista christi p

uius et clausger erbercus cuz  
ceteris apostolis soluant nos

neru criminis. **O**horus sa/  
cratus martirum confessio sa

cerdotum et virginalis casti/  
tas nos a peccatis abluant.

**M**onachorum suffragia om/  
nesq; ciues celi annuant vos

ris supplicum et vite poscant  
premiu. **H**aus honor vtr/  
tus. **T**imete dominu omis

sancti eius. **Q**uonia nihil de  
est timentibus eum. **Super**

**Mag. an.** **O** q̄ gloriofus est  
regnu in quo cum christo gau

dent omnes sancti amicti stolis  
albis. sequuntur agnum quo

cunq; ierit. **Collecta.**  
**D**omine ds noster multipli

ca sup nos misericordia tua  
z quorum preuenim<sup>9</sup> glorio/  
sa solennia tribue subsequi in

sancta professione leticiam. **p**  
**Ad completorium an.** **D**ile

rere solito more. **Ad matutin**  
**Inuitatorium.** **R**egem regu

dominu venste adozem<sup>9</sup> **Or**  
tpe est corona sanctorz omniu

**ps.** Venite exultemus. **In p**  
**mo nocturno anti.** **R**ouit do

minus viam iustorum qui in  
lege eius meditatur die ac no

cte. **ps.** **B**eatus vir. **an.** **D**i

rificauit dñs sanctos suos et  
eraudiuit eos clamantes ad

se. **ps.** **T**um inuocarem. **an.**  
**A**dmirabile est nomen tuum

domie qz gloria et honore co  
ronasti sanctos tuos z consti

tuiisti eos super opera manuū  
tuarum. **ps.** **D**ñe dñs noster

**p.** **R**etamini in dño z exulta/  
te iusti **E**t gloriamini omnes

**Ex sermone Rabani episcopi.**  
**O** **R**escente **Lectō prima.**

**O** religione christiana de/  
cretum est vt in ecclesijs dei q̄

per orbem terrarum longe la/  
teq; construuntur honor z me

morita omnium sanctorum in  
capite kalendarz nouembri

um habere: vt quicquid hu/  
mana fragilitas per ignoran

tiam z negligentiam seu p oc  
cupationem rei secularis in so

lennitate sanctorum min<sup>9</sup> ple  
ne peregisset in hac sancta ob

suatione euaretur. **Tu autē.**  
**R** **G**audere maria p̄go cūctas

hereses sola interemisti q̄ ga/  
brielis archangeli dictis cre

didisti. **D**um virgo deum et  
hominem genuisti et post par

tum virgo inuolata pmanisti  
sti. **p.** **G**abrielem archangeluz  
credimus diuinitus te esse at



factum vterum tuum de spiri-  
tu sancto credimus impregna-  
tum erubescat iudeus infelix  
qui dicit christum de ioseph  
semine esse natum. Dum ego  
**N**ouem esse angelorum. **Lectio ij.**  
ordines archangelorumque ag-  
mina ad dei iudicia ac mini-  
steria complenda restante sa-  
cro eloquio cognouimus quo-  
rum principatus mirabiliter  
omnipotentis nutu distinguit  
Quibus a primordio incipien-  
tis vite beatorum spirituum  
distinctionibus signa celorum  
regna a deo conditore imper-  
petuum mirabiliter colloca-  
ta subsistunt. His omnibus do-  
dilectis angelorum ordinibus  
huius diei solennitatem credi-  
mus esse consecratam. Tu autem.  
**R.** Te sanctum dominum ut s i  
i. vespis Michaelis. **Lectio iij.**  
**N**on solum autem angelorum  
spiritibus verumetiam sanctis  
omnibus qui in terra sunt ab ex-  
ordio mundi procreati hono-  
rabiliter hodierna diei festiui-  
tas dedicata consistit. Equi-  
bus primi fuerunt patriarche  
viri religiosi patres propheta-  
rum et apostolorum quorum me-  
moriam non derelinquetur in e-  
ternum. Hos sequitur electio  
prophetarum quorum quasi be-  
atus iohannes baptista qui eo-  
dem angelo quo christus de-  
nunciante conceptus est pma

tuz tenet. Huic athlete si ele-  
ctio concordat duoden? apo-  
stolorum numerus qui a pmi  
miraculorum virtutibus ad co-  
ponendum noue fidei funda-  
mentum erigendumque adhuc  
tenere statum ecclesie prouide-  
tia diuina ex omnibus quos ca-  
piebat mundus elegit. Tu autem  
**R.** Qui sunt hi qui ut nubes  
volant. et quasi columbe ad fe-  
nestras suas. **R.** Dorsa eorum  
plena sunt oculis et scintille ac  
lampades in medio discurren-  
tes. Et qua. Glo. Et. **In secun-**  
**do nocturno. an.** Dne qui opa-  
ti sunt iusticiam habitabunt i  
tabernaculo tuo et requiescent  
in monte sancto tuo. **ps.** Do-  
mine quis habitabit. **Ant.**  
Hec est generatio querentium  
dominum querentium facies  
dei iacob. **ps.** Dni est terra.  
**An.** Letamini in domino et  
exultate iusti et gloriamini om-  
nes recti corde. **ps.** Bti quor-  
**R.** Iustorum aie. **Lectio quarta.**  
**N**is subiectus est triumphas  
le martyrum nomen qui p di-  
uersa tormentorum genera christi  
passionem non lacescentibus  
precordiorum mentibus imita-  
bantur. Alii ferro perempti.  
Alii flammis exusti. alii flagris  
verberati. alii vectibus pfora-  
ti. alii cruciati patibulo. alii pe-  
lagi periculo precipitati. alii  
vivi excoiati. alii trancati ma-  
A ij



nisbus siue ceteris celsi membris  
spectaculum contumelie in po-  
pulis nudis propter deum porta-  
uerunt. Eis nimirum hunc di-  
em tantum credimus sancti-  
ficatum quantum in semetip-  
sis ut sacrificarentur laborare  
pro tormentis non cessauere. Tu.  
**R.** Isti sunt sancti qui pro tes-  
tamento dei sua corpora tra-  
diderunt. Et in sanguine ag-  
ni lauerunt stolas suas. **A.** Tra-  
diderunt corpora sua propter de-  
um ad supplicia et meruerunt ha-  
bere coronas perpetuas. **Et.**  
**I**psi vero sacerdotibus et  
magistris huius festiuitatis diei  
non ignoram esse credimus quod  
corda fidelium spiritualiter quod  
si imbribus irrigant celestibus  
ut feliciter proferre immarces-  
cibilem bonorum operum possint  
fructum. Qui talenta sibi cre-  
dita non solum reddere verum  
etiam cum usura sine fraude  
amplificare procurauerunt. **T.**  
**R.** Sint lumbi vestri precin-  
cti et lucerne ardentes in ma-  
nibus vestris. Et vos similes  
hominibus expectantibus do-  
minum suum quando reuerta-  
tur a nuptiis. **A.** Vigilate er-  
go quia nescitis qua hora do-  
minus uesterventurus sit. **Et**  
vos similes hominibus. **Letitia sexta**  
**B**eata dei genitrix et semper  
virgo maria templum domi-

ni sacrarium spiritus sancti. Virgo  
ante partum virgo post par-  
tum presentis diei sollemnitas  
cum suis virginibus expro-  
nullo modo credenda est. Que  
dei populum faciendo mone-  
bat spernere perituri luxus se-  
culi ac lenocinia mortalis na-  
ture declinare carnis pudicitiam  
cum uirginitatis honore  
intra cordis hospitium obserua-  
re. Omnium horum meritum  
quorum hodie temporalia festa  
gerimus ad eterna peruenire  
satagamus. Tu autem domine.  
miserere nobis Deo gratias.  
**R.** Simile est regnum celorum  
decem uirginibus que accipi-  
entes lampades suas Exierunt  
obuiam sponso et sponse. **A.**  
Media autem nocte factus est  
clamor: uigilate uirgines spon-  
sus ecce uenit. Exierunt. **Gla-**  
**Exierunt. In tertio nocturno**  
**an.** Timere dominum omnes  
sancti eius quoniam nihil de-  
est timentibus eum: ecce oculus  
eius in preces eorum. **psalmi**  
**Benedicaz. an.** Domine spes san-  
ctorum et turris fortitudinis  
eorum dedisti hereditatem et  
mentibus nomen tuum et inhabi-  
tabunt in tabernaculo tuo  
in secula. **ps.** Exaudi deus de-  
precationem. **ans.** Beati quod  
elegisti domine: habitabunt in  
atriis tuis. etenim clamabunt et



hymnum dicent. **Ps.** Te de-  
 ser. **V.** Exultent iusti. **Euā**  
**geliū.** Vidēs iesus turbas  
 ascendit in montem. **in com-**  
**muni.** **R.** Beati estis sc̄i dei  
 om̄es qui meruistis consortes  
 fieri celestium virtutum! et per  
 frui eterne claritatis gloria.  
 Ideoq; precamur vt memo-  
 res nostri intercedere digne  
 min̄i pro nobis ad dominum  
 iesum christum. **V.** Gaudete  
 et exultate quoniam nomina  
 vestra scripta sunt in celo. **Et**  
**deoq;.** **R.** Beati qui persecu-  
 tionem patiuntur propter iu-  
 sticiam quoniam ipsorum est  
 regnum celorum. Beati paci-  
 fici quoniam filij dei vocabū-  
 tur. **V.** Beati mundo corde:  
 quoniam ipsi deum videbūt.  
**R.** Beati pauperes sp̄i quo-  
 niam ipsorum est regnum ce-  
 lozum. beati mires quoniam  
 ipsi possidebunt terram. beati  
 qui lugent quoniam ipsi cōso-  
 labūtur. Beati qui esuriūt et  
 sitiunt iusticiam quoniam ipsi  
 saturabuntur. **V.** Beati mise-  
 ricordes quoniam ipsi miseri-  
 cordiam consequentur. **Be-**  
**ti qui esu.** Te deum dicitur.  
**V.** Timere dñm. **Ad lau. añā**  
 Scimus quoniam diligentis-  
 bus deum om̄ia cooperantur  
 in bonum his qui fm̄ propo-  
 situm vocati sunt sancti. **An.**  
 Sapiētiāz sanctorū narrant

populi et laudem eorum. p̄nū-  
 ciat omnis ecclesia. **an.** Red-  
 det deus mercedem laborū  
 sanctorum suorum: et deducet  
 illos i via mirabili. **an.** Sp̄s  
 ritus et anime iustorum hym-  
 num dicite deo nostro alla al-  
 lelulia. **an.** Gloria hec est om̄i-  
 nibus sanctis eius. **Hymn.**  
 Eterna christi munera. **In h**  
**et sequenti versu mutetur nom̄**  
**martirum in nomen sanctorū**  
**Ecce ego iohannes Ep̄m**  
 vidi alterum angelum ab or-  
 tu solis descendentem haben-  
 tem signum dei viui: et clama-  
 uit voce magna quattuor an-  
 gelis quibus datum est nocere  
 terre et mari dicens Nolite  
 nocere terre et mari neq; ar-  
 boribus quousq; signem̄ ser-  
 uos dei nostri in frontib; eo-  
 rum. Deo gratias. **V.** Iusti  
 autem in perpetuum viuent.  
**Super Benedictus an.** In  
 ciuitate domini ibi sonant in-  
 giter organa sanctorū. ibi cy-  
 namomum et balsamū odor  
 suauissimus carmina eorū ibi  
 angeli et archangeli hymnū  
 deo decantant ante thronum  
 dei alleluia. **Collecta.**  
 Omnipotens sempiternē de-  
 us qui nos omnium sancto-  
 rum tuorum merita sub vna  
 tribuisti celebritate venerari:  
 quesumus vt desideratam no-  
 bis tue propiciationis habun-  
 A iij



dantiam multiplicatis inter-  
 cessoribus largiaris. Per do-  
**Ad primam anti. Te inuoca-**  
**mus. Capitulum. p. preces et**  
**cetera solito more. Ad tertiam**  
**an. Time de dominu. Capl;**  
**et collecta vt in laud. R. et. p.**  
 de martiribus. Ad sextam et  
 nonam anti. de laud. iij. et. v.  
**In secundis ves. an. Virgax**  
 virtutis tue emittet dominus  
 in splendoribus sanctoru. ps.  
 Dixit dominus. anti. Gene-  
 ratio rectoruz benedicetur qz  
 exortum est lumen rectis. ps.  
 Beatus vir. an. Venientes  
 autem venient cum exultatiōe  
 portātes manipulos suos. ps.  
 In conuertendo. an. Iusti cō-  
 fitebuntur nomini tuo habi-  
 tabūt recti cum vultu tuo. ps.  
 Eripe me. an. Lauda hieru-  
 salē dñm qui posuit fines tu-  
 os paces et benedixit filiis tu-  
 is in te. ps. Lauda hierusalē  
**Hymnus. Jesu saluator. p.**  
 Iusti autem. **Super mag. a.**  
 Gaudete et exultate omnes san-  
 cti quoniam merces vestra co-  
 piofa est in celis. **Ad comple-**  
**torium an. Miserere. Si cō-**  
 memoratio animarum venerit  
 in diem domini cum transferē  
 in feriam secundam. In com-  
 memorazione animarum fide-  
 lium in ecclesia maiori magū-  
 tinen. sic sua ordo diuini offi-  
 cii. **Diebus secundis vespis de**

omnibus sanctis imponunt an-  
 tiphona. **Placebo. rē. cū ps.**  
 consuētis. **p. glia patri. Requē-**  
**em. p. Requiem eternā. Su-**  
**per mag. an. Omne qd. Coll.**  
**Fidelium deus. Pro benedi-**  
**camus Requiem eternā. Ad**  
**completorium an Requiem. ps.**  
 consuētū. **Sup. Nūc dimit. a.**  
**O pie deus qui primum ho-**  
**minem. Deinde Kyrieleison.**  
**Xpelleison Kyrieleison. ter. vt**  
**moris est Pater noster. Et ne**  
**nos. In pace. Credo. Requē-**  
**em eternam. Col. Fidelium.**  
**Ad matutinas psal. Dñe ne**  
 in furore. **Inuitatoriu Regē-**  
 cni omnia viuunt ventre adoz  
 remus. ps. **Ventre. an. psal.**  
 p. lectiones. **R. p. omnia sicut i**  
 vigilijs maiorib; continentur  
 Et stati post an. sup bñ. dicit  
**Col. Fidelium. Ad primam**  
**Ex abrupto incipitur sup ps**  
**an. Requiem eternam. De in-**  
**de Kyriel. Pñ nñ. Uiuēt aia**  
**Erraui. Credo. Ne tradas**  
**domine. Collecta. Fidelium.**  
**Ad tertiam sextam et nonam**  
 similiter ex abrupto anti. **Re-**  
**quiem. Collecta. Fidelium.**  
 Illis supra notatis n̄ obstañ.  
 potest vnusquisq; sacerdos sua  
 exigente deuotione al's de tē-  
 pore vel sanctis complere ho-  
 ras. **Eustachij et sociozum**  
 eius secunda nouembrijs lege-  
 tur nocturnus et tres lectiones



**de martiribus matutinis mor-  
tuorum non obstantibus. Col.**

**D**eus qui beatum eustachium in temptationibus probasti et probatum mirabiliter coronasti: concede ut ipsius sociis omnibus eius victoriosa suffragia in omni tribulatione nostra tuum nobis presentent auxilium et supne consolationis inestimabile gaudium. Per dominum.

**Leonardi. vi. nouembrijs ferialiter sicut de confesso. n. pot.**

**O**ne deus omnipotens et omnipotens. **Col.** qui beati leonardi confessoris tui meritis et precibus cunctis eius auxilium inuocantibus in carceribus seu quibuslibet catenarum nexibus constrictis ereptionis pia remedia contulisti: concede nobis famulis tuis. ut intercessionem ipsius veneranda a quacumque molestia corporalibus et ab omnibus peccatorum vinculis mereamur per tue misericordie solitram clementiam liberari. Per dominum.

**Villibrodii septima nouembrijs ferialiter sicut de confesso.**

**B**eatus sacerdos. **Col.** et confessor tuus villibrodus domine nos sua intercessionem apud te commendet ut eius placito tibi suffragio quam precamur indulgentiam peccatorum consequi mereamur. Per dominum.

**Quartio coronatorum viij. Nouembrijs ferialiter sicut de**

**P**resta martiribus. **Col.** quesumus omnipotens deus: ut qui gloriosos martires claudium nicostratum castorium atque simplicium fortes in sua confessione cognouimus piof apud te in nostra intercessionem sentiamus. Per dominum nostrum.

**Theodori nona nouembrijs ferialiter sicut de vno martire**

**D**eus qui nos beati **Col.** theodori martiris tui confessionem gloriosa circumdass et protegis presta nobis ex eius imitatione proficere et oratione succuri. Per dominum nostrum.

**Martini pape decima nouembrijs ferialiter sicut de vno martire et pontifice. Collecta.**

**C**raudi domine populum tuum tota tibi mente subiectum: et beati martini martiris tui atque pontificis supplicatione custodi ut corpore et mente protegetur quod pie credit appetat et quod iuste sperat obtineat. Per dominum nostrum.

**In festo beatissimi Martini episcopi patroni ecclesie maguntinensis. xi. nouembrijs In primis vespis sup. Oia laud an. Adest veneranda nobis dies festiua sancti martini presulis eximij cuius nos intercessionem huic facias dignos ihesu christe interesse. an. Sanctus Martinus digne in memoriam vertitur hominum qui ad**



gaudium transijt angelorum  
 quia in hac peregrinatōe solo  
 corpore constitutus cogitati  
 one et auiditate in illa eterna  
 patria conuersatus est. **Ani.**  
**Q** per omnia laudabilem vi  
 rum cuius meritis ab omni  
 clade liberantur qui ex toto  
 corde querunt illum. **an.** **D**o  
 mine deus noster cui<sup>9</sup> grā bea  
 tus martinus tres mortuos  
 resuscitauit concede propici<sup>9</sup>  
 vt per eius intercessionem a  
 morte anime resuscitari mere  
 amur. **an.** **O** martine o pie q̄  
 pium est gaudere de te. o mar  
 tine prophetis compar aposto  
 lis conferte presulum gemma  
 fide et meritis egregie pieta  
 te misericordia charitate ines  
 fabili succurre nobis nunc et  
 ante deum. **Caplm.** Ecce sa  
 cerdos magnus. **R.** Marti  
 nus sacerdos dei cui p<sup>9</sup> apo  
 stolos tantam gratiam domi  
 nus contulit vt tres mortuos  
 suscitaret et alias virtutes p̄  
 claras ostendit. Et inter ali  
 os confessores et martires vt  
 rosa fulget in gallia. **V.** Cor  
 pore quidem virgineo blandū  
 habebat eloquium. grauis e  
 rat in moribus intenta mente  
 celo suspensus est. Et int̄ ali  
 os con. Gloria Et. **Hymn<sup>9</sup>.**  
**F**ratres vnanimis fede  
 re nexili mecum partici  
 pes luminis annui quo solis  
 hodie fulminat orbita marti  
 ni reuehens festa celebra. **Q**  
 temus pariter carmen amabi  
 le martini meritis opido no  
 bili clerus cum populo conso  
 net organo grandi tam volu  
 pe est psallere gaudio. **M**ar  
 tinus qui vota fidelium tran  
 scendens tribuit cuncta salu  
 bria confert hic famulis rite  
 canentibus stellis aureola ser  
 ta micantibus. **C**unctis cā  
 delabruz luminis extitit a m̄  
 tis tenebras mortis et expulit  
 virtutum statuit crescere ger  
 mina in quorum fuerant pec  
 core crimina. **N**is nos sub  
 sidijs vndiq̄ predicti panga  
 mus proprio cantica presuli et  
 laudem<sup>9</sup> parili voce quod ap  
 probat damnemus vigili mē  
 te quod improbat. **M**arti  
 num precibus gēs mō gallica  
 dignis sollicitet nostra et ger  
 mania martinus faciat tem  
 poza prospera mūdi christi sa  
 lus o tibi gloria. Amen. **V.**  
**O**ra pro nobis beate marti  
 ue Ut digni eff. **Hec anti. se  
 quens sup mag. duplicat. an.**  
**O** beatum virum cuius ani  
 ma paradisiū possidet vnde  
 exultant angeli letantur archā  
 geli. chorus sanctorū p̄clamat  
 turba virginum inuitat. mane  
 nobiscum in eternum. **Colka.**  
**D**eus qui conspicis qz ex n̄  
 na nostra virtute ubi stimus s